Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



puteus altus est. Vnde ergo
habes aquam viuam? Numquid
tu maior es patre nostro Iacob
qui dedit nobis puteum? Et
ipse ex eo bibit et filii eius: et
pecora eius. Respondit Ihesus: et
dixit ei. Omnis qui bibit
ex aqua hac sitiet iterum: qui
autem biberit ex aqua quam ego
dabo ei non sitiet in eternum.
Sed aquam quam ego dabo ei
fiet in eo fons aque salientis
in vitam eternam. Dicit ad eum
mulier. Domine: da mihi hanc
aquam ut non sitiam: neque ve
niam huc haurire. Dicit ei Ihs.
Vade voca virum tuum: et veni
huc. Respondit mulier et dixit.
Non habeo virum. Dicit ei
Ihs. Benedicisti quia non habeo
virum: quinque enim viros ha
buisti. et nunc quem habes
non est tuus vir. Hoc vere
dicisti. Dicit ei mulier. Domine:
video quia propheta es tu. Patres nostri
in monte hoc adorauerunt:
et vos dicitis quia Ierusalem est
locus vbi adorare oportet.
Dicit ei Ihs. Mulier crede mihi:
quia venit hora et nunc est.
quando neque in monte hoc neque
in Ierusalem adorabitis patrem.
Vos adoratis quod nescitis: nos
adoramus quod scimus. quia
salus ex iudeis est. Sed venit
hora et nunc est: quando veri
adoratores adorabunt patrem
in spiritu et veritate. Etenim pa
tem talem querit: qui adorent eum.
Spiritus est deus: et eos qui ado
rant eum in spiritu et veritate opo
tet adorare. Dicit ei mulier.
Scio quia messias venit: qui
dicitur xpus. Cum ergo venerit:
ille nobis annunciabit omnia.
Dicit ei Ihs. Ego sum: qui loquor
tecum. Et continuo venerunt di
scipuli eius. et mirabantur quia
cum muliere loquebatur: nemo
tamen dixit quid queris aut quid
loquris cum illa. Reliquit ergo
hydriam suam mulier et abiit in
ciuitatem: et dicit illi hominibus.
Venite et videte hominem: qui
dixit mihi omnia quecumque
fecerit. Nunquid ipse est xpus. Exierunt
de ciuitate: et veniebant ad eum.
Interea rogabant eum discipu
li dicentes. Rabbi manducaa.
Ille autem dixit eis. Ego cibum
habeo manducare quem vos
nescitis. Dicebant ergo disci
puli ad inuicem. Numquid aliquis
attulit ei manducare. Dicit
eis Ihs. Meus cibus est ut fa
ciam voluntatem eius qui misit
me: vt perficiam opus eius. Non
ne vos dicitis quod adhuc qua
tuor menses sunt et messis
venit. Ecce dico vobis leuate